

- Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinae.
 220 Postquam exempta fames epulis, mentisque remotæ,
 Amissos longo focios sermone requirunt,
 Spemque metumque inter dubii: seu vivere credant,
 Sive extrema pati, nec jam exaudire vocatos.
 Præcipue pius Aeneas, nunc acris Orontei,
 225 Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum
 Fata Lyci, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.
 Et jam finis erat: cum Jupiter æthere summo
 Despicens mare velivolum, terrasque iacentes,
 Litora, & laros populos, sic vertice cæli
 230 Constitit, & Libyæ defixit lumina regnis.
 Atque illum tales jactantem pectore curas,
 Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitentes,

Allo-
 satiantur vino veteri & pingui carne ferarum. Postquam fames pulsa est cilo, & mente sub-
 latae luerunt, inquirunt longo colloquio de sociis amissis, inter spem ac timorem incerti, utrum
 potius debeant eos vivere, an in extremis versari, nec jam audire, quamvis inclamentur.
 Impetrat pius Aeneas nunc dolet prociatam fortunam generosi Orontis, nunc fortunam Amyci,
 nunc duntaxat sortem Lyci, & sortem Gyan, & sortem Cloanthum. Et jam erat finis, cum Ju-
 piter ex alto despicens mare navigabile, & terras humiles, & litora, & diffusas gentes, tali
 lita petiit in supra parte cæli, & fixit oculos in regnis Africa. Venus autem tristior, &
 habens pulchros oculos lacrymis perfusus, illum alloquitur volentem animo tales curas.

O tu,

N O T Æ.

nationem pertinent; & dictum est Achilles supra, v. 24. Ulyssi, Ecl. 8. 70. hic Orontei; ab Achilles, Ulysses, Orontes, A. x. v. 8. &c. Vicissimque Orpheo Dativo. catu. Ecl. 4. 57. Orphen acculatur, Orontes, Achilles, Ulysses, &c. &c. An vero Orontes an Oranti, Achilles an Achilli scribendum sit, inanis est contro-
 versia.

225. Amyci, &c.) Duo hujus nominis a Turno deinceps occidunt: alter Æn. 9. 771. alter Æn. 12. 509. Uter hic fuerit, non liquet, qui naufragio perisse nunc putatur, unde ta-
 men emerit cum aliis compulsiis, de quibus v. 573. Insuper cum Turno describitur Æn. 9. 545. De Gya & Cloantho, frequens sermo est nauticis in ludis, Æn. 5.

227. Finis erat.) Cœnæ, colloqui, dici, 228. Velivolum.) Ubi nares velis, quasi alis, volant, Æn. 3. 520. Velorum pandimus alas. Et contra, volucres mare per aërem dicuntur: de Dædalo Æ. 6. 16. Geidas enavit ad Avias; ibidemque v. 19. Remigum alatum. De Libya, pro Africa, supra v. 162.

227. Cunctus ob Italiani.) Ob, non est hoc loco circa, ut somniat Servius, sed propter: quod enim Italiani perunt, ideo tantus in eos exarbit Deorum & hominum furor, ut toto orbe arceantur.

228. Volventibus annis.) Ufu venit in illa voce, quod vix aliquam in alia; nempe ut activa vox passivam habeat vim, & hic, & G. 1. 162. Volventia planifera, id est, volu-
 que voluntur. Tum ut vox futuri temporis

- Alloquitur Venus: O qui res hominumque Deumque
 Aeternis regis imperiis, & fulmine terras,
 235 Quid meus Aeneas in te committere tantum,
 Quid Troes potuere? quibus tot funera passis
 Cunctos ob Italiani terrarum clauditur orbis?
 Certe hinc Romanos olim volventibus annis,
 Hinc fore ductores, revocato a sanguine Teucri,
 240 Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
 Pollicitus: quæ te, genitor, sententia vertit?
 Hoc equidem occasum Trojæ tristisque ruinas
 Solabar, fatis contraria fata rependens.
 Nunc eadem fortuna viros tot casibus aëtos
 245 Insequitur: quem das finem, rex magne, laborum?
 Antenor potuit, mediis elapsus Achivis,

Illy-
 O tu, qui sempiterna potentia moderaris res hominum, ac Deorum, & fulmine terribilibus es, quid meus Aeneas tam grave peccare contra te potuit? Quia Trojani potuere? quibus jam oppressis jam multiplici clade, totus orbis terrarum clauditur propter Italiani? Sane promissas hinc aliquando annis labentibus Romanos, hinc duces osturos esse & super Teucri insularia, qui mare & terras regerent omni auctoritate: quodnam consilium mutavit se, o pater? Hæc spe le-
 nebam dolorem de interitu Trojæ, & vixi exiitio, compenians hinc fatis fata adversa. Nunc tamen idem infortunium persequitur homines agitato tot casibus: quem ponis terminum laborum, o magne rex? Antenor, cum effugisset & medio Græcorum, potuit

N O T Æ.

præteritum significet, ut Æn. 9. 7. Volvenda mobilem esse fatis vim sciat? Puto ego Fatum nihil aliud fuisse, quam immutabilem rerum & eventuum seriem, in Jovis mente, sive decretis existentem; quam proinde solus ipse cognosceret, solus Diis per se, Harpyia fatidica Æn. 3. 251. Que Phœto pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo prædixit. Adde fatum veteres immobile quidem credidisse: sic tamen, ut crederent I. Eius eventum, etsi omnino impediri non posset, posse tamen aliquantum retardari. Ita Juno Æn. 7. 313. Non dabitur regnis, esto, prohibere Latini: At trahere, atque moras tantis licet addere rebus. II. Eventum pendere fæpe a certis conditionibus, quibus elusus fatum elusum esset. III. Fati cujuslibet declaratio nem fide per Jovem, sive per oracula, posse esse ambiguum. Unde sæpe tam Diis, quam homines, contra fatis sibi adversa nitentur. Hic igitur Venus timet, ne Jupiter parum sincere de futura fine felicitate sit locutus.

239. Revocato a sanguine Teucri.) Dardanius Jovis dicitur filius ex Electra Atlante, Coryti Tuscæ regis uxore. Hic cum venisset in Phrygiam, Teucri Regis, in Phrygiæ parte, gener factus, ei successit in regnum, & urbem Dardaniam condidit, quæ deinde dicta est Troja. Itaque Trojani modo & sanguine Teucri, modo Dardaniæ appellatur. Hinc latuit Servitium, hoc loco Teucri nomen a populo substitutum esse per nomine Dardaniæ, liquidum Dardanus ex Italia, non Teucer, ortus erat: at hoc durum videtur. Corradus sanguinem Teucri, Trojanos explicat; fed negat Dardanum Italum fuisse: atque adeo revocato interpretatur, non ut ceteri, revocato in Italiani: sed restituito & revocato in primum splendorem, unde per incendium urbis excederat. Tamen quia Virgilius affirmat Dardanum ex Italia oriundum esse Æn. 3. 167. ideo e Servio & Corrado certiam explicandi rationem compono: & per sanguinem Teucri, Trojanos, per revocatum, restitutum in Italiani intelligo; hoc sensu: Sanguis Teucri & sanguis Dardani jam unus idemque est; is revocabitur in Italiani, unde profuit; non per Teucrum quidem, sed per Dardanum.

245. Fatis contraria fata rependens.) Compensans Trojani fati acerbiteratam juvenda spe Romani fatis. Sed cur Venus timeat mobilem erga Trojanos Jovis animum, cum in-
 C c
 Adria-

Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
 Regna Liburnorum, & fontem superare Timavi:
 Unde per ora novem vasto cum murmure montis
 250 It mare proruptum & pelago premit arva sonanti.
 Hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit
 Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit
 Troia: nunc placida compositus pace quiescit.
 Nos, tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
 255 Navibus (insandum) amissis, unius ob iram
 Prodimur, atque Italas longe disjungimur oris.
 Hic pietatis honos? Sic nos in sceptris reponis?
 Olli subridens hominum fator atque Deorum,
 Vultu, quo cœlum tempestateque serenat,
 260 Oscula libavit natæ: dehinc talia fatur:
 Parce metu, Cytherea: manent immota tuorum
 Fata tibi: cernes urbem & promissa Lavini
 Mœnia, sublimemque ferens ad sidera cœli

securus intrare in sinum Illyricum, & intima regna Liburnia, & transgredi fontem Timavi: unde per novem scaturigines magno cum sonitu montis exit, quasi possessum mare, & aquis strepitibus operit avos. Nihilominus ille sandavit illic urbem Patavium, & sedes Trojanorum, & impoluit populi nomen, & suspenderit arma Trojana, jamque quiescit fructus dicit sua pace. Nos, qui sumus tua sedes, quibus promissis regiam cœli, amissis navibus, (horrenda nam) prodimur propter furorem solius Junonis, & procal ejicimur ab Italis littoribus. Hoc præmium est virtutis? Sic repositus nos in regna? Pater hominum ac Deorum illi subridens, ea facie, qua serenas aere & tempestate, tetigit labra filia: deinde hæc dicit: Abstine metu, Cytherea: fata tuorum sunt tibi immota: videbis urbem & muros promissos Lavini, & sublimem extelles ad sidera cœli

N O T Æ.

Adiacti sinum: Euganeisque, qui inter mare & Alpes incolant, pulch, Hænetos Trojanosque eas tenuisse terras. Et in quem primum ingressi sunt locum, Troja vocatur, pagoque inde Troja nomen est: gens universa Veneti appellati. Adiunt Patavium urbem ab ipso conditam in illo tractu, nunc Padova. De Abitibus, Græcis, v. 492.

247. Illyricos penetrare sinus, &c.) Iter Antenorius describit per mare Adriaticum, qui sinus est ingens, cui ad meridiem adjacent Italia: ad septentrionem Illyriam, Italiamque, cuius Illyrici pars orientalis est Dalmatia, occidentalis Liburnia, nunc maritima pars Croatiae. Uterius in intimo situ fuit Cerri, nunc pars Fori Julii, Friuli: ubi fluvius est Timavus. In meridiem deinde, Italiam versus, reflexo cursu occurrit Veneta regio, ubi Patavium & Venetia, urbes celeberrimæ.

249. Per ora novem, &c.) De ostiis Timavi explicantur: quæ varias inter insulas civilia, septem ab aliis, ab aliis octo, novemque numerantur. Quidam ad fontem Timavi referant: qui dicitur e monte erumpere per novem scaturigines, quæ deinde in unum conflunt fluvium, brevissimum quidem sed lacuosissimum; unde monti nomen ipsi attributum ab incolis, testatur Servius ad Varrone. Punctum tamen fluvium hodie obsecu-

rum esse rivulum perhibent. De illo jam diximus Ec. 8. 6.

252. Teucrorum, & genti, &c.) Trojanorum, a Teucro, supra v. 239. Genti nomen dedit, cum Venetos appellavit ab Hænetis sociis. Arma fixit Troia, dum pagum Troiam ibi condidit, supra v. 246.

254. Cæli quibus annuis arcem.) Quia inter indigeret Aeneam aliquando vocandum esse, fatum ferebat En. 12. 794. De Indigentibus, G. 1. 498.

256. Prodimur.) Tradimur a te in potestatem hostium.

260. Oscula libavit natæ.) Natæ, non dativo casu, sed genitivo. Libavit, non dedit, sed leviter tetigit. Oscula, non labia, sed summum os, parvum os. Id est, os suum summo nata ore leviter admovit. Sic Ovidius oscula dixit diminutive, pro parva ora. M. 1. 499. Videt igne micantes sideribus similes oculos, videt oscula. Et Martialis Ep. 1. 11. 92. 4. Ipaque crudelis cæruent oscula morbi. Et Hor. Od. 1. 13. Dulcia labare lædentem oscula.

Natæ.) Quadruplex fuit Venus ex Cic. 1. 3. de Nat. Deorum. Præcipue sunt, ea quæ nata est e spuma maris, & ea quæ Iovis & Diones filia fuit, de qua hic fermo est. Utraque vulgo confunditur, & re, & nomine: utraque enim Græcis dicitur Aphrodite, ab

Magnanimum Aeneam, neque me sententia vertit.
 265 Hic (tibi labor enim, quando hæc te cura remordet,
 Longius & volvens fatorem arcana movebo)
 Bellum ingens geret Italia, populosque feroces
 Contundet, moreque viris & mœnia ponet:
 270 Tertia dum Latias regnantem viderit ætas,
 At puer Afcanius, cui nunc cognomen Iulo
 Additur, (Iulus erat, dum res stetit Ilia regno)
 Triginta maguos volvendis mensibus orbes
 Imperio explebit, regnumque ab sede Lavini
 275 Transferret, & longam multa vi munier Albam.
 Hic jam trecentum totos regnabitur annos
 Gente sub Hæctorea, donec regina sacerdos,
 Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem.
 Inde lupæ fulvo nutritis tegmine lætus

generosum Aeneam, neque aliud consilium mutavit me. Ille (dicam enim tibi, siquidem ea cura te sollicitat, & explicabo secreta fatorem ea longe revolvens) faciet grave bellum in Italia, & domabit gentes asperas, & dabit viris leges & urbes, donec tertia ætas eum viderit dominantem, & tres hyemes fluxerint post Rutulos domitos. At puer Afcanius, cui modo addicitur agnomen Iuli, qui dicebatur Iulus, dum res Iliaæ regnantem regno, traducet imperando triginta maguos annos, mensibus labentibus: & transportabit regnum ab urbe Laviniæ, & multo labore adificabit Albam longam. Illic deinde regnum erit per annos trecentos integros sub stirpe Trojana: donec Ilia, regni sanguinis sacerdos, Marte gravida edet partu binam sobolem. Postea Romulus, gaudens rursus tegmine lupæ altricis lue,

N O T Æ.

quod Cicero, ad omnes venit, est enim voluptatis Dea; ac trahit sua quemque voluptas.

261. Parce metu, Cytherea.) Metu prometi, dative antiquus, de quo E. 5. 29. Cythera, orum, insula Mediterranei maris, contra Cretam, non longe a Malea Peloponnesi promontorio, dicata Veneti; & nunc secunda syllaba longa, quemquam in Cytherea brevis est.

262. Lavini.) Pro Laviniæ. Et prima in hoc nomine communis est, hic brevis, ut & versuta, alibi longa, ut v. 6. Italiam fato progenis Lavinaque venit litora. Sic quoque prima in Italia; Italiam fato, &c. & v. 256. Prodimur atque Italas, &c.

270. Ternaque transferent, &c.) Per tres ætates tresque hyemes, tres annos describit, quibus Aeneas regnavit Laviniæ, post Turnum, Rutulorum regem, a se devictum. Tacet autem de Aeneæ morte: quæ varie a variis describitur. Aliqui occisum volunt in prælio adversus Mezentium, aut certe post victoriam nusquam comparuisse: inde habitum inter Deos. De Latio E. 7. 52. De Italia & Lavini, supra v. 6. De Rutulis Latii populis, Turno subditis, En. 7. 794.

271. At puer Afcanius.) Afcanius sic dictus est, ab Afcanio Phrygiæ Buivio, ut putat Servius; Iulus, ab ipso Iulo, sive Troia, ut inuit hic Virgilius. Hoc porro nomen deformatum deinde est in Iulus, ab incolis inquit, quæ est

prima langus; quia videlicet Mezentium singulari certamine occidit, cum prima langue vestiretur, ut refert ex Catone Servius. At hæc minime cum Virgilio conveniant, qui cædem Mezentii tribuit Aeneæ, En. 10. 874. Neque cum iis, quæ de morte Aeneæ retulimus. Et certe hic obscura sunt heretica illa, aut potius fabulosa tempora, ut dubitet Livius, utrum Creuse, an Laviniæ filius sit Ius, qui Alban condidit, Afcanius.

272. Triginta, &c.) Regnasse ait Afcanium annos triginta; alii dicunt octo & triginta: forte triginta Laviniæ, octo Albæ. Volvendis, Revolutis, supra v. 238. Orbes.) Annos, quia in se sua per vestigia volvit annus G. 2. 402. Magnos orbes.) Si comparantur cum Lunariibus, qui breviores ac mensuræ sunt.

277. Hæctorea.) Trojana, ab Hæctore Priami filio, supra v. 103.

278. Regina sacerdos Marte gravis, &c.) Ilia, sive Rhea Sylvania. Numitoris Albani regis filia, atque hinc dicta regina; ab Amulio patris fratres & expulsos, sacerdotio Vestæ addita, ut virgo permaneret; a Marte compressa Romulus & Romulus peperit. Hi, iube Amulio, per Faustulum patrem feris exposti: a lupa nutriti dicuntur; juxta alios ab Acca Laurentia Faustuli uxore, quæ meretricio cognomine lupa appellabatur. Hinc ultimi avum suum, & occiso Amulio, Romam condidit. Romulus urbi nomen dedit; fratrem,

Cc 2
 salu

280 Romulus excipiet gentem, & Mavortia condet
 Moenia, Romanoque suo de nomine dicit.
 His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
 Imperium sine fine dedi. Quin aspera Iano,
 Quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat,
 285 Consilia in melius referet, mecumque fovebit
 Romanos rerum dominos, gentemque togatam.
 Sic placitum. Veniet Iulstris labentibus aetas,
 Cum domus Astaraci Phthiam claraque Mycenae
 Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.
 290 Nascetur pulchra Trojanus origine Caesar,
 Imperium Oceano, famam qui terminet astris,
 Julius, a magno demissum nomen Iulo.

Hunc

Succedet in curam gentis, statuet urbem Martiam, & appellabit Romanos de suo nomine. Ego illis nec desino limites dittonis, nec durationem: concessi imperium absque terminis. Imo acerba Iano, quae nunc timore commovet mare, & terras, & caelum, mutabit sententiam in melius, & mecum promovebit Romanos rerum dominos, & populum togatam. Ita placuit. Veniet succubitus temporibus aetas, quando familia Astaraci subiciet servituti Phthiam, nobileque Mycenae, & imperabit Argis superatis. Orietur Caesar, Trojanus illustri origine, qui desinet dittonem suam Oceano, famam sideribus, ilique erit Julius, quod nomen deductum est a magno Iulo.

N O T A E.

salu parvienti moenium illudentem, interfecti: post bella deinde plurima fulmine ictus, in caelum raptus esse creditus est.
 280. *Mavortia.*) Marti dicata, quia Mars Kemi & Romuli pater.
 281. *Suo de nomine.*) Romulus diminutivum est nominis ad blanditias; nomen ipsum Romulus, unde Roma: citaque Servius in eam rem haec Sibyllae verba, *Populus Popus rabis.*
 286. *Togatam.*) Per togam, exteriorem vestem vulgo albam, distinguit Romanam gentem a ceteris: Romanorum enim tam erat propria toga, quam pallium Graecorum, braccæ Gallorum.
 287. *Lustris.*) Varro l. 5. de L. L. Lustrum nominatum tempus quinquennale a luendo, hoc est, solvendo: quod quibus quoque anno vestigia & tributa per censores persolvebantur. Complectitur autem perfectum quinquennium: unde distat ab Olympiade, quae quadriennium dumtaxat capit.
 288. *Domus Astaraci.*) Bene Romanos vocat domum Astaraci. Nam in duobus Trois filiis, Ilo & Astaraco, familia regia divisa est; & ex Ilo Troiani propagati sunt; ex Astaraco Capys, & Capy Anchises, ex Anchise Aeneas ortus est: ex quo Romani.
 Phthiam &c.) Urbs est & regio Thessaliae, Achillis patria & ditio. Mycenae, urbs Peloponnesi, in qua regnavit Agamemnon.
 289. *Argis.*) Urbs item Peloponnesi, in qua idem regnavit quoque dicitur ab Euripide passim in Orestes: patetque ex eius tragedia v. 98. & tot. duarum illarum urbium populos, quod inter se vicini essent, eidemque regi parerent; ideo communia habuisse nomina: & promissive utroque modo Argivos, modo My-

Hanc tu olim caelo, spoliis Orientis onulum,
 Accipies secura: vocabitur hic quoque voius.
 295 Aspera tum positus miscuent sacula bellis.
 Cana Fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus
 Jura dabunt: diræ ferio & compagibus artibus
 Claudentur belli portæ: Furor impius intus
 Sæva sedens super arma, & centum vindus ahenis
 300 Post tergum nodis, fremet horridus ore cretato.
 Hæc ait, & Maja genitum demittit ab alto:
 Ut terræ, utque novæ pateant Carthagini arces
 Hospitio Teucris: ne fati nescia Dido
 Finibus arceret. Volat ille per aera magnum

305 Re-

Tu olim secura illum excipies in caelo, oneratum spoliis Orientis: ille etiam invocabitur per vota. Tunc dura tempora mansuescent compositis bellis. Cana Fides, & Vesta, Romulus cum fratre Remo jus distribuent: odiose portæ belli claudentur ferro & stricis compagibus: intus sceleratus Furor sedens supra arma crudelia, & ligatus post terga centum ahenis catenis, fremet horridus ore languinolento. Hæc dicit, & mittit e caelo filium Majæ: ut regio, & ut moenia novæ Carthagini aperiantur ad hospitium Trojanorum: ne Dido ignara voluntatis divinae prohibeat eos a sua regione. Ille volat per latum ætherem, utens

N O T A E.

& populos cum Deo; fides populos & inter te, & cum principe sociat, auctoritas principem populo commendat; pax republicam cum reliquis terrarum populis conciliat. Religio per Vestam adumbratur, quæ ignem significat, inquit Servius; & proinde sacrificia, quæ sine igne esse non possunt: de hac G. 1. 498. Fides eaque antiqua; per canonicam insignitur. Auctoritas principum per Remum ac Romulum, primarum legum auctores. Pax per clausas belli portas.
 Remo cum fratre Quirinus.) Vel alludit ad discordiam utriusque fratris, quam comparat cum bellis civilibus, hoc sensu: frater a fratre non disidebit amplius, non insidiabitur fratri, non occidet fratrem; ut in civilibus bellis usu venit: res, mores, auctoritas communis inter eos; idem sensus futurus est: Romulus ipse cum Remo, si nunc vivat, de imponendo urbi nomine, legibusque conveniet. Vel Octavianum & Agrippam intelligit: nam Octavianus etiam in munere senatum expurgasse, Patriciorum familias supplevisse ambo dicuntur. Et vero iam Octavianum Quirini nomine insigniverat Virgilius G. 3. 27. ubi de Quirino, Romuli nomine, diximus.
 298. *Claudentur belli portæ.*) Templum Iani a Romulo conditum quidam volunt post initium fidei Romanos inter & Sabinos, ideoque pingi Ianum fronte gemina, ad significandam coitionem geminæ gentis. Macrobius tamen ante bellum Sabinum innotuit conditum fuisse, siquidem ait in ipsa pugna, templo statim patente, calidæ aquæ torrentes erupisse, qui Sabinorum exercitum jam victorem fugarint. Unde ortus mos ejus accipiendi, cum ingrueret bellum, ad memoriam reliquiarum populis conciliat. Quiaquid sit de Iuriam & spem auxilii. Quiaquid sit de Iuratore. Numa certe instituit, ut aperiretur bello, pace clauderetur. Raro autem contingit claudum bellum Ponticum, T. Manlio post primum bellum Ponticum, & T. Manlio Consule: deinde ter sub Numa: secundo post Alexandrinam victoriam, ejusdem consulu quinto; iterum post bellum Cantabricum, consulu decimo; denique orbe terrarum terra marique pacato, consulu undecimo. Deinceps a Nerone per ludum: denique a Domitiano.
 299. *Ahenis post tergum nodis.*) Nodis vinculorum æreorum. Alludit, iuxta Turribum, ad imaginem belli, hoc habita pictam ab Apelle, & ab Augusto dedicatam in foro hoc tempore forum dedicatum erat. Juxta Germaniam, ad simulacrum Martis a Spartanis in urbe sua hic constructi.
 301. *Maja genitum.*) Mercurium, Jove genitum, & Maja Atlantici filia, quæ inter Pleiades stellas numeratur: editum in Cyrene, Arcadia monte, unde dicitur Cyreniarum nuncium Deorum, unde habet gemini commercia mundi, superi scilicet atque inferi, & capite ac pedibus alatus pingitur. Deumque quærit, Palæstræ mercatorum, & itarum: inventorem lyre, quam Apollini dono dedit.
 302. *Carthaginiæ . . . Teucris.*) De illy v. 17. De his v. 42.
 303. *Ne fati nescia Dido.*) Voluntatis divinae, quæ Trojanos benigne excipere jubebat. Sic Æn. 8. 292. Fatis Junonis iniquæ.
 305. Re-

- 305 Remigio alarum, ac Libyæ citus adliit oris.
Et jam iussa facit: ponuntque ferocia Pœni
Corda, volente Deo: imprimis Regina quietum
Accipit in Teucros animum mentemque benignam.
At pius Æneas per noctem plurima volens,
310 Ut primum lux alma data est, exire, locosque
Explorare novos, quas vento accesserit oras,
Qui teneant (nam inculta videt) homines, seræne,
Quærere constituit, sociisque exacta referre.
Classem in convexo nemorum, sub rupe cavata,
315 Arboribus clausam circum atque horrentibus umbris
Occulit: ipse uno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Cui mater media sese tulit obvia silva,
Virginis os habitumque gerens, & virginis arma
320 Spartanz: vel qualis equos Threïssa fatigat
Harpalyce, volucrumque fuga prævertitur Hebrum.
Namque humeris de more habilem suspenderit arcum
Venatrix, dederatque comam distanderè venis:
Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes.
325 Ac prior, Heus, inquit, juvenes, monstrate mearum
Vidistis si quam hic errantem forte sororum,
Succinctam pharetra & maculose tegmine lyncis,
Aut spumantis apri cursum clamore prementem.
Sic Venus: at Veneris contra sic filius orsus.

utens alis quasi remis, & statim consistit in litore Africæ. Et jam exsequitur mandata; & Carthaginienses deponunt asperum animum, Deo iubente: præcipue Regina sumit animum lenem & mentem placidam erga Troianos. Sed pius Æneas multa cogitans per noctem, statim atque lux alma orta est, statim egredi, & considerare nova loca, & inquirere quasnam in regiones vi ventorum venerit, quinam eas habitent, an homines, an feræ, (nam cernit loca inculta) & statim renarrare ista sociis, postquam inquisiverit. Abscondit in curvo silvarum, sub speculata cavata, & naves undique cinctas arboribus & umbra nigrante: ipse incedit comitatus solo Achate, quassans manu duo jacula lato cuspidibus armata. Huic Venus genitrix occurrit obquam in medio fluvio, præ se ferens vultum & amicum virginis, & arma virginis Lacæne, aut talis, quæ sit equos Thracia impellit Harpalyce, & præcurrit cursu celerem Hebrum. Quippe juxta consuetudinem venatorum, suspenderit humeris commodum arcum, quali venatrix, & permisit venis distare capillis, habens nuda genua, vagos plexus vestium disfluentes coercitor nodo. Et prior ait: Heus juvenes, videtis si quam forte videritis hic vagantem aliquam mearum sororum, instructam pharetra & pelle nigræ lyncis, aut urgentem clamore cursum spumantis apri. Sic loquuta est Venus: at natus Veneris ita cepit loqui vicissim.

N O TÆ

305. Remigio alarum, &c. De hac translatione v. 228. De Libyæ Africæ parte, v. 162. Pœni, quasi Phœni, Carthaginienses Phœnicæ oriundi.
314. Convexo. Concavo: est enim convexum exterior rei rotundæ superficies; concavum interior: & promiscuus est Poëtis utriusque vocis usus. Æ. 4. 451. Tædet casti convexa tueri, id est, concava. Et Ovid. Trist. l. 1. 11. 20. Inque modum tumidi concava surgit aqua, id est, convexa.
320. Spartanz. Virgines enim Spartanz, secundum Lycærgi instituta, virilibus etiam studiis exercebantur, imprimisque venatu.
Equis Threïssa fatigat. Comparatio quidem non in equitatione est, aut præcepti cursu; neque enim equitabat, aut præcepit currebat Venus: sed in ipso habitu, quo Venus Amazoni similis est. Threïssa, non

330 Nulla
Nec ulla tuarum audita est, nec visa a me, O virgo! quam te dicam esse? non enim habes speciem mortalem: nec vox tua refert hominem. O Lea certe, an vero soror Phæbi, an una e genere Nympharum? esto propitia, & quæcumque es, minus nostram sollicitudinem, & doce quo demum sub celo, qua in regione terrarum verseris. Vagamur nescit hominum & locorum istorum, huc impulsus ventis & magnis tempestatibus. Multa hostia occiditur manu mea, in honorem tuum, ante altaria. Tunc Venus ait. Non equidem me judico dignam tali cultu. Conjuratio est phœnarum Tyriarum ferre pharetram, & tingere alte tiliæ purpureis ovæ: cernis regna Phœnicæ, Tyrios, & urbem Agenoridum; sed rego Lygia est, gens bello ferax. Dido tenet hoc regnum, quæ exiit ex ul. Tyro, fugiens fratrem, longa est ea injuria, longi circuitus: sed perstringam summa verum cæpta. Huic natus erat Sicheus, inter Phœnicæ artis ditissimus, & magno amore dilectus ab infelicis Didone: huic Sicheus pater eam dederat adhuc virginem, & primis auspiciis conjunxerat; sed frater Didonis Pygmalion tenuit regnum Tyri, crimine crudelior præ cæteris omnibus. Hos inter medios edium ortum est. Ille

N O TÆ

Europææ, sed Asiaticæ, ut ostendimus Æn. 11. 659. ubi fufæ de Amazonibus.
321. Harpalyce. Celebris Amazon, quæ patrem suum a Getis bello captum dicitur fortiter & celeriter ex eorum manibus recepisse.
Hebrum. Quid mirum, si fluvii impetum eques præcurrat? tum, quam insolens fluvio epithetum, volucrum? Quare locum solerter emendat V. C. Daniel Huertius, loquique non Hebrum, sed Eurum, in quem ista perquam conveniunt. Juvat conjecturam, quod facilis fuit literarum in his vocibus commutatio: tum quod Hebrus fluvius est Thraciæ Europææ, ut dictum est Ecl. 10. 67. Amazones autem Thraciam Asiaticam incoluerunt. Æ. 11. 659. 321. Fuga. Cursu. Sic G. 3. 142. de equo; Aoriscarere præta fuga.

327. Lynx

- 330 Nulla tuarum audita mihi, neque visa fororum,
O (quam te memorem?) Virgo: namque haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat. O Dea certe,
An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis una?
Sis felix, nostrumque leves quæcumque laborem;
335 Et quo sub cælo tandem, quibus orbis in oris
Jactemur, doceas. Ignari hominumque locorumque
Erramus, vento huc & vastis fluctibus acti.
Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.
Tum Venus: Haud equidem tali me dignor honore.
340 Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,
Purpureoque alæ furas vincire cothurno.
Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem;
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit urbe profecta,
345 Germanum fugiens: longa est injuria, longæ
Ambages; sed summa sequar fastidia rerum.
Huic conjux Sicheus erat, ditissimus agri
Phœnicum, & magno miseræ dilectus amore
Cui pater intactam dederat, primisque jurgat
350 Ominibus: sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.
Quos inter medius venit furor. Ille Sicheus

Im-

Nec ulla tuarum audita est, nec visa a me, O virgo! quam te dicam esse? non enim habes speciem mortalem: nec vox tua refert hominem. O Lea certe, an vero soror Phæbi, an una e genere Nympharum? esto propitia, & quæcumque es, minus nostram sollicitudinem, & doce quo demum sub celo, qua in regione terrarum verseris. Vagamur nescit hominum & locorum istorum, huc impulsus ventis & magnis tempestatibus. Multa hostia occiditur manu mea, in honorem tuum, ante altaria. Tunc Venus ait. Non equidem me judico dignam tali cultu. Conjuratio est phœnarum Tyriarum ferre pharetram, & tingere alte tiliæ purpureis ovæ: cernis regna Phœnicæ, Tyrios, & urbem Agenoridum; sed rego Lygia est, gens bello ferax. Dido tenet hoc regnum, quæ exiit ex ul. Tyro, fugiens fratrem, longa est ea injuria, longi circuitus: sed perstringam summa verum cæpta. Huic natus erat Sicheus, inter Phœnicæ artis ditissimus, & magno amore dilectus ab infelicis Didone: huic Sicheus pater eam dederat adhuc virginem, & primis auspiciis conjunxerat; sed frater Didonis Pygmalion tenuit regnum Tyri, crimine crudelior præ cæteris omnibus. Hos inter medios edium ortum est. Ille

N O TÆ

Didonis fuit, & Herculis sacerdos, & nomine vilis, luporum cervariorum genere.
333. Phæbi soror. Diana: utriusque pater Jupiter, mater Latona. De utroque Ecl. 3. 67. De Phæbi nomine ibid. 62.
334. Sis felix. Dicitur felix, & qui habet felicitatem, & qui facit esse felicem, inquit Servius. Sic E. 3. 65. Sis bonus o felice m. b.
341. Sivas, &c. Siva, pars est tibiz maxime carnosa & mollis. Cothurnus, est calceamentum equis. Ecl. 7. 32.
342. Punica, &c. quasi Phœnicæ, seu Phœnicæ, unde Dido & Carthaginienses profecti Tyrios. Non cives, sed colonos Carthagini conditores. Agenoris. Id est, Agenoridum, aut Agenore, qui in ea regnavit regione, quæ Phœnicia deinde appellata est, fuitque inter Phœnicæ avos, ut videbitur in argumento de Libyæ Siveus. v. 162.
347. Conjux Sicheus. Item & avunculus

353. An-

- Impius ante aras, atque auri cæcus amore,
Clam ferro incautum superat, securus amorum
355 Germanæ: factumque diu celavit, & egram,
Multa malus simulans, vana spe lusciantem.
Ipsa sed in fomnis inhumati venit imago
Conjugis, ora modis attollens pallida miris:
Crudeles aras, trajectaque pectora ferro
360 Nudavit, cæcumque domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam, patriaque excedere suadet,
Auxiliumque viâ veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.
His commota fugam Dido socioisque parabat.
365 Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat: naves, quæ forte paratæ,
Corripiunt, onerantque auro: portantur avari
Pygmalionis opes pelago; dux femina facti.
Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes
370 Mœnia, surgentemque novæ Carthaginis arcem:
Mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circumdare tergo.
Sed vos qui tandem? quibus aut venisiss ab otis?
Quove tenetis iter? Quarenti talibus ille

375 Suspi-

factilem, & obsecutus cupidine dicitur, clam occidit ipsum gladio ante altaria improvidum, non curans amorem sororis: & plerima multo similes inuicem spe fecerit mortem conjugem. At umbræ ipsa mariti insepulti apparuit ipsi in somno, miram in modum erigens caput pallidum: revelavit fatalia altaria, & pectus gladio confossum, & declaravit omne crimen ignotum familie. Deinde suadet, ut celeret fugam, & exeat ex patria: & ad subsidium iuvenis aperit antiquos thesauros in terra, incognitum pondus auri & argenti. His rebus concitata Dido inruit fugam & socios. Concurrent, cuius erat aut odium crudelis tyranni, aut gravis metus: invadunt naves, quæ casu instructæ erant, & quæ onerantur auro: vehuntur mari dicitur avari Pygmalionis, mulier auctor est facti. Perverunt ad ea loca, ubi mox videbitur magnos muros, & arcem novæ Carthaginis, quæ attollentem; & emerunt agrum, dictum Byrsam, nomine ab ipsa fraude deducto; tanti spatii, quantum possent includere velles tauri. Vos vero, quoniam ellis denique, aut quamam e regione profecti estis? an quem in locum habetis iter? Eneæ huic talibus verbis interroganti respondit.

N O T A E.

353. Ante aras.) Hercules, cuius erat facerdes Sichæus, & hæc erat prima post regem dignitas, ex Justino l. 18.
354. Securus amorum.) Negligens cōtemnens, nihil sibi ab iis timens. Sic loquitur Juno de Trojanis, Æt. 7. 304. Securi pelagi atque mei.
357. Inhumati.) Centum annos errabant inhumatorum umbræ, ut est Æ. 6. 329. Crudelitati igitur addiderat impietatem Pygmalion, qui cæcum Sichæum insepultum abiecerat.
363. Ignotum argenti.) Iustinus l. 18. 4. Sichæus aurum metu regis, non tēdit, sed terræ ereditur; quam veni esse homines ignorabant, fama tamen loquebatur. Idque Pygmalionis cupiditatem ad scelus incendit.
366. Paratæ.) Vel ad frumenta aliunde convehenda, ut ait Servius. Vel ut ipsam Didonem ad Pygmalionem transportarent. Finxit enim se, inquit Iulianus, ad regem migrare vellet, sed ministris migrationis a rege missis, navibus impoluit, &c.
368. Pygmalionis opes.) Vel quas jam ut suas

- 375 Suspirans, imoque trahens a pectore vocem:
O Dea, si prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales nostrorum audire laborum,
Ante diem clauso componet vesper Olympo.
Nos Troja antiqua (si vestras forte per aures
380 Trojæ nomen iit) diversa per æquora veltos
Forte sua Libycis tempestas appulit oris.
Sum pius Æneas, raptos qui ex hoste Penates
Classe veho mecum, fama super æthera notus.
Italiam quero patriam, & genus ab Jove summo.
385 Bis denis Phrygium conscendi navibus æquor,
Matre Dea monstrante viam, data fata secutus:
Vix septem convulsæ undis Euroque superant.
Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta perago,
Europa atque Asia pulsus. Nec plura querebantur
390 Passa Venus: medio sic interfata dolore est:
Quisquis es, haud (credo) invisus cœlestibus auras
Vitales carpis, Tyriam qui adveneris urbem.
Perge modo, atque hinc te Regiæ ad limina perfer.
Namque tibi reduces socios classemque relatum
395 Nuncio, & in tutum versis Aquilonibus actam:
Ni frustra augurium vani docuerunt parentes.

Aspi-

suspirans, & educens vocem ex intimo pectore: O Dea, si repetens a prima causa progrediar, & si tibi otium sit audire historiam nostrorum calamitatum, prius Hesperum clauso calo sepeliet dicem, Tempestas, casu solito, profecti ad litus Africae nos, pulsus per varia maria Troja veteri (si fortasse nomen Trojæ venit ad aures vestras.) Sum pius Æneas, fama super cœlum cognitus, qui ferro mecum navibus Penates ereptos e potestate hostium. Quæro Italiam patriam, & originem familie meæ, quæ est a supremo Jove. Conscendi mare Phrygium viginti navibus, genitrice Dea iter ostendente, obsequens fatis mihi positus. Vix septem naves superant convulsæ fluctibus & Euro. Ego ipse incognitus, egenus, erro per solitudines Africae, ejectus ex Asia & Europa. Nec Venus sustinuit eum longius queri: medio in dolore sic interloquia est: Quicumque es, non odiosus superis ducis spiritum vitalem, opinor, si quidem appulisti urbi Tyriæ. Perge tantummodo, & confer te ad Palatium Regiæ. Tili enim annuntio socios rediisse, & naves reductas esse, & pervectas in securum locum Aquilonibus mutatis: nisi mendaces parentes mei frustra me docuerunt artem auspiciarum.

N O T A E.

Aspice

- die. Hor. Sat. l. 1. 9. 28. Omnes composui. Felices, nunc ego vello. Virg. Ecl. 9. 52. Longos cantando puerum memini me condere Soles. II. Est quod cœlum clauso nocte, & aperiri die dicitur; unde G. 3. 261. Porta tonat cœli. Vesper.) Stella Veneris, Ecl. 6. 86. Olympus.) Mons Thestaliæ, qui pro cœlo sumitur, Ecl. 5. 56.
381. Forte sua.) Casu suo quo solet: & nomen est a nominativo fors. De Troja, v. s. De Libya, v. 163. De Penatibus, Æ. 2. 717. De Italia, v. 6.
382. Fama super æthera notus.) Secutus est Virgilius Homerum Odyl. 9. 20. ubi ait Ulysses ad Alcinoium: Κεῖν ἄριστον, ἐπαρῆς ἄνθρωπος, & mea gloria cœlum ἀττίει.
384. Patriam, & genus.) Dardanus enim, Jovis filius, auctor alter Trojæ gentis, Italus fuit v. 229.
385. Phrygium.) Allucens Phrygiam minoræ. Duplex enim est ejus nominis in Asia minore regio, altera major, quæ tota mediterranea est, altera minor, quæ maritima est, ad Prægentium, Hellepontum, & Ægeum mare, contra insulam Lesbos. Hæc minor etiam Troas dicta est, quæ pars ejus fuit præcipua.
387. Euroque.) vento orientali, quo naves ejus, partim ad litus Syriæ minoris, partim ad litus Africae dejectæ sunt, v. 114.
388. Ignotus.) Licet enim Æneæ nomen fama super æthera notum sit, ipse tamen Atridis nondum sub eo nomine innotuit.
389. Europa atque Asia.) Troja enim est in Asia, unde protectus est, Italia in Europa, unde reclusus in Africam.
395. Versis Aquilonibus.) Ut enim Aquilo a septentrione ad meridiem Æneæ naves perulerat in Africam v. 106., ita ut ille & minori Syriæ ad litus Carthaginiæ vicini emergeret, opus fuit ut Aquilo in fugam versus retrocederet, prævaleretque Notus a meridie.
396. Ni frustra &c.) Ne divinitas futuri prædictione palam fiat, fingit se a parentibus imbutam augurandi arte.

D d 308. 30-

Aspice bis fenos latantes agmine cyncos,
 Ætherea quos lapsa plaga Jovis ales aperit
 Turbabat cælo: nunc terras ordine longo
 Aut capere, aut captas jam despectare videntur.
 400 Ut reduces illi ludunt stridentibus alis,
 Et cætu cixere polum, cantusque dedere;
 Haud aliter puppesque tuæ, pubesque tuorum
 Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.
 405 Perge modo, & qua te ducit via, dirige gressum.
 Dixit, & avertens rosea cervice resulsit,
 Ambrosiæque comæ divinam vertice odorem
 Spiravere: pedes vestis defluxit ad imos,
 Et vera incessu patuit Dea. Ille ubi matrem
 410 Agnovit, tali fugientem est voce secutus:
 Quid natum toties crudelis tu quoque falsis
 Ludis imaginibus? cur dextræ jungere dextram
 Non datur, ac veras audire & reddere voces?
 Talibus inculcat, gressumque ad mœnia tendit.
 415 At Venus obscuro gradientes aërë sepit,
 Et multo nebulae circum Dea fudit amictu:
 Cernere ne quis eos, neu quis contingere possit,
 Molirive moram, aut veniendi potere causas.
 Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit
 420 Lata suas: ubi templum illi, centumque Sabæo
 Thure calent aræ, sensitque recentibus halant.
 Corripere viam interea, qua semita monstrat.

Aspice duodecim cyncos immixtam exultantes, quos avis Jovis talens e caeli partibus agitabat vacuo in aere: jam videntur longa ferie, vel eligere sedes in terra, vel jam electas considerare propius. Quemadmodum illi redolentes ludunt alis strepidentibus, & turmatim circumire acrem, & emiserè cantus non alto modo, & voces tuæ, & flos tuorum, vel portum occupat, vel insuatis vestis intrat ostia portus. Perge tantummodo, & dirige passus qua via te ducit. Sic locuta est, & recedens respiciendâ pulchra cervice, & capilli ambrosia delibuit divinam odorem e capite emiserunt: vestis decidit ad pedes infimos, & gressu apparuit vera Dea. Anas, statim atque agnovit genitricem suam, projectus est abeuntem ianibus vestis: Cur tu etiam, o diva, decipis tam sepe filium tuum? quis figuris? quare non permittitur applicare dextram meam dextere tuæ, atque audire & reddere verba non simulata? Sic queritur de ea, & alvigit passus ad urbem. Sed Venus cixit omnes temerolo aere, & circumdedit multo igitur nubis, utpote Dea: ne quis possit eos videre, nec quis tangere, aut facere moram, aut petere rationem cur venissent. Ipsa se etiolis abii Paphum, & redit gaudens in regionem suam: ubi templum & centum aitaria fervent in ejus honorem thure Arabico, & redolent floribus novis. Interim ingressi sunt viam, qua callis ostendit.

N O T A E.

398. Jovis ales.) Aquila, que ministra fulminis dicitur, quia tempestatis tempore super altissimas nubes sese volatu erigit.
 406. Avertens.) Supple, se, ut supra v. 108. Tum proa avertit.
 Rosea cervice.) Vel ad colli colorem refero, unde Venus dicitur ab Anacreonte, v. 22. *rosæ, rosæ, roseolor, vel roseam interpretor, pulchram, qua de re dicemus infra v. 595. Et hoc primum assert Divinitatis indicium, fulgorem roseæ cervicis.*
 407. Ambrosiæque comæ.) Secundum Divinitatis indicium, *suavis odoris.* Sic Ovi. *Fall. 5. 375. Omnia fœnerat, Venus scelesti in anas. Manst odor, posse ferre jusse Deam.* More autem Homericæ ambrosiæ comæ vel sunt immixtalis, vel portus respicere succo ambrosiæ.

De Ambrosia & nectare, Ecl. 5. 71.
 408. Pedes vestis.) Tertia Divinitatis nota, *probra vestis ad pedes.* Idque Deorum omnium proprium fuisse, præterquam Virtutis, docet Laërtianus in Statium l. 10. v. 639. Proprium item Baccho attribuit Propertius l. 3. 15. 32. Tibullus quoque ac Statius. l. 3. 15. 32. *Incessu patuit Dea.*) Quartum & maximum Divinitatis argumentum, *incedendâ modis.* Quem fit ab humano distinguit Heliodorus Arthrop. l. 3. ut divinus, non dmonitione pedum & transpositione, sed continuo impetu & quasi lapsu quodam fiat: unde perhibet indicium Deorum apud Ægyptios conjunctis & quasi unites pedibus insilire: citatque testem Homerum. Et vero apud Theocritum, Idyl. 17. 25. Dii vocantur *pedum*

Jamque ascendebant collem, qui plurimus urbi
 Imminet, adversaque aspectat desuper arces.
 425 Miratur molem Æneas, magalia quondam:
 Miratur portas, strepitumque, & strata viarum.
 Instant ardentes Tyrii: pars ducere muros,
 Molirique arcem, & manibus subvolvere faxa;
 Pars aptare locum tecto, & concludere senatu.
 430 Jura, magistratusque legunt, sanctumque ferunt.
 Hic portus alii effodiunt: hic alta theatris
 Fundamenta locant alii, immanesque columnas
 Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.
 Qualis apes æstate nova per florea rura
 435 Exerect sub sole labor, eam gentis adultos
 Educunt foetus, aut cum liquentia mella
 Stipant, & dulci distendant nectare cellas,
 Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
 Ignavam fucos pecus a præsepibus arcent.
 440 Pervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
 O fortunati, quorum jam mœnia surgunt!
 Æneas ait, & fastigia suspicit urbis.
 Infert se septus nebula, mirabile dictu,
 Per medios, miscetque viris: neque cernitur ulli.
 445 Lucus in urbe fuit media, lætissimus umbra;
 Quo primum jactati undis & turbine Pœni
 Effodere loco signum, quod regia Juno
 Monstrarat, caput acris equi; sic nam fore bello

Et jam conscendebant collem, qui valde impendat urbi, & desuper aspiciat turres oppositas. Æneas admiratur magnificentiam urbis, ubi erant olim castris: admiratur portas, & tumultum, & pavimentum viarum. Festinant ardentes Tyrii: pars extendit muros, & erigit arcem, & manibus rotas lapides: pars eligit locum ad domum, & cingit sulco: eligunt jura & magistratus & sacrum consilium. Illic alii excavant portus, illic alii ponunt profunda fundamenta theatris, & locant e rupibus ingentes columnas, quæ sint alta ornamenta futurarum scenarum. Talis est eorum labor, qualis labor occupat apes ad solem æstate incipiente per agros floridos: quando emittunt grandiorum sobolem generis, aut cum denant mella liquidiora, & implent abocaria suavi nectare, aut expropiant onera venientium e pasta, aut collecta turba expellunt a stabulis suis fucos, pigrum gregem. Fervent omnes in opere, & mella odorata olenti thymum. O felices, quorum mœnia jam eriguntur, inquit Æneas, & fastigia altitudinem urbis. Immitit se septus nebula civis classem nate, quod admirabile est dictu: miscet se viris, nec videtur a motu. Erat in medio urbe situs sacra gratissima propter umbra: quo loco Pœni, agillate fluctibus, & ventis, primum subdando repererunt signum, quod regia Juno eis ostenderat; nempe caput bellicosi equi: ita quippe ostenderat, populum illum futurum esse nobilem bello,

N O T A E.

pedum carentes: & apud Callimachum, Hymno 5. 2. Pallas *Genetrix urbis, Dea parata scriptis.* Addit & aliud indicium Divinitatis Heliodorus, quod Dii recto obtutu, neque clausis unquam palpebris intueantur. Staius tamen gressum Diis non fluentem, sed humano majorem & nimium tribuit l. 10. 347. *Tamen aspera produnt ora Deam, nimirum gradus.*
 417. Cernere ne quis, &c.) Dubitabat enim Venus, quo in eos animo Dido futura esset, Junonis cultui addicta.
 419. Paphum.) Urbem in Cypro, notissima mediterraneæ maris insula; Venere dictam.
 420. Centumque Sabæo, &c.) Tacitus l. 2. de sacris Paphiæ Veneris. *Hostie, ut quisquis vocasset, mare delinguntur. Certissima hæc hedonæa fœris. Sanguinem aræ offundero vestitum,*

Egre-

& aptum

hic cum de aris fiat mentio, nulla fit devotissimis. Sabæum istud, petium e Nabæis, Arabiæ felicis populis: de quibus G. 1. 570.
 425. Magalia,) seu *magalia*, rusticorum Africanorum casæ sunt, de quibus G. 5. 340.
 430. Jura prolegibus,) alii pro *juridicis*; alii melius pro *loco* accipiunt, ubi jus dicendum erat. Sic enim accipimus, quoties dicimus in *jus sapere, in jus ambulare.* De Scenæ theatralibus G. 2. 281. & 3. 24.
 437. Nectare.) Potu Deorum, de quo Ecl. 5. 71. pro melle sumitur.
 439. Fucos.) Ital. *Vespe*, apum quasi servitia sunt, G. 4. 168.
 448. Caput acris equi.) Justinus l. 18. 5. In primis
 D d 2

- Egregiam, & facilem victu per sæcula gentem.
 450 Hic templum Junoni ingens Sidonia Dido
 Condebat, donis opulentum & numine Divæ:
 Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæque
 Ære trabes, foribus cardo stridebat aenis.
 Hoc primum in luco nova res oblata timorem
 455 Leniit: hic primum Æneas sperare salutem
 Ausus, & assistis melius confidere rebus.
 Namque, sub ingenti lustrat dum singula templo
 Reginam operiens, dum, quæ fortuna sit urbi,
 Artificumque manus inter se operumque labore
 460 Miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas,
 Bellaque jam fama totum vulgata per orbem;
 Atcidas, Priamumque, & sævum ambobus Achillem.
 Constitit, & lacrymans: Quis jam locus, inquit, Achate,

& aptum vivere æterna fama. Hoc loco Tyria Dido edificabat Junoni magnum templum, splendens muneribus, & presentia Divæ: cui limen æreum impostum erat gradibus, & trabes compactæ ære, & cardo stridebat in portis æreis. In hac sacra sive nova res occurrens primo minuit metum: hic Æneas primo ausus est sibi promittere salutem, & melius sperare de rebus male affectis. Nam, dum circumspicit singula magno in templo, expectans Reginam: dum admiratur quæ sit felicitas illius urbis, & manus operumque inter se concordēs, & difficultatem operum; conit prælia Trojana per ordinem & bellum jam fama cognitum per omnes terras, & Atcidam filium, & Priamum, & crudellem utrisque Achillem. Substitit, & stans: Qui jam locus est, ait, Achate,

N O T Æ.

primis fundamentis caput lululum ipseventum est: quod auspiciu quidem fructuose terre, sed laboriose perpetuæque servæ urbis fuit: propter quod in alium locum urbs translata. Uli quoque equi caput repertum bellicosum potentemque populum futurum significans, urbi auspiciam sedem dedit.

449. Facilem victu.) Explicat Pierius, quæ facile vincit possit; ita ut victu, supinum a vinco, passivè significet; sed malum hoc omen, bonum autem hic queritur. Explicat Germanus Valens quæ facile vincere possit: ita ut victu, supinum a vinco, activè significet. Explicat alii communiter, quæ sit feritilis frugibus, & commoda ad victum, ita ut victu sit supinum a vivo. Ego eodem supino ulus, victu a vivo interpretor de fama & gloria gentis, quæ florere æternum debeat: hoc enim est proprie, vivere per sæcula.

450. Sidonia.) Tyria: nam Sidon, urbs Phœnicie in Syria, portus in ora mediterranei maris, nunc Saïde: hic pro Tyro sumitur, quia uraque vicina, & a Phœnicibus condita, & eidem regi subdita.

451. Limina.) Porta ac janua partes omnes hic distinguemus. Porta proprie de urbis dicitur: quia cum circuitus urbis aratro primum delineabantur, qua parte relinquendus erat in urbem aditus, atrollebat aratrum ac portabatur, ne sulcum imprimeret. Ac privatarum domorum ingressus, cum apertus est, dicitur Janua, vel ab eundo, vel a Jano, cum clau-

sus est, dicitur Ostium ab ostendo. Jam ea per quæ prohibetur ingressus, si foras aperiantur, dicuntur fores: si duas in partes ab utroque latere panduntur, Bisfores, si ab uno tantum latere, sed in se volvantur ac replicantur, Valvæ, quali volvæ. Id autem, quo vertuntur fores, est Cardo, quia est earum, vel quasi ramus ex quo suspenduntur, est autem ramus Græcis κρηβήτιον. Tum Limen, est transversum in janua lignum, inferius, vel superius; vel a limen, quia illic terminatur domus: vel a limen, id est, alligatus & tenuis, vestigium. Denique Postis, sunt arborum portarum, quasi post ostium: fixa vel ligna ab utroque parte latere, quibus cardines, fera, & repagula immittuntur. Hæc tamen omnia promissive vulgo usurpantur pro janua.

462. Sævum ambobus Achillem.) Tres tamen sunt; Arides duo: Menelaus & Agamemnon, Atrei regis Mycenarum filii; & Priamus, Trojæ rex. Tum Achilles Menelaus sævus non fuit: sed Agamemnon tantum, cum recessit ab ejus exercitu propter creptam sibi Briseida, & Priamo, cujus filium Hectorem occidit, & indignè habuit. Quomodo legitur ambobus? An geminos Aridas prouto possuit, quia unius patris erant filii? An ambobus possuit, pro utriusque? An geminos exercitus significavit, Aridarum & Priami? An potius legemus cum Seneca Ep. 104. Aridem, non Aridas, ut ad unum Agamemnona referatur? Hunc sane malim audire quam Donatum, qui fœnem interpre-

Quæ

quæ

tatur,

- Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
 465 En Priamus: sunt hic etiam via præmia laudi,
 Sunt lacrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt.
 Solve metus: feret hæc aliquam tibi fama salutem.
 Sic ait: atque animum pictura pacis iuvani
 Multa gemens, largoque humectat flumine vulum.
 470 Namque videbat, uti bellantes Pergama circum
 Hac fugerent Graji, premeret Trojana juvenis;
 Hac Phryges, inflaret curru cristatus Achilles.
 Nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis
 Agnoscit lacrymans: primo quæ prodita somno
 475 Tydides multa vastabat cæde cruentus:
 Ardentesque averit equos in castra, priusquam
 Pabula gustassent Trojæ, Xanthumque bibissent.
 Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
 Infelix puer, atque impar congressus Achilli,

quæ plaga in terris non plena nostrorum casuum? Ecce Priamus: hic quoque datur virtuti sua præmia, est commissio calamitatum, & casus hominum movent corda. Depone timorem, hæc fama afferet tibi aliquam salutem. Sic loquutus est, & oblectat mentem vantis picturis, multum gemens, & irrigat faciem copioso fetu. Nam cernebat, quemadmodum pugnantem circa Trojam Graeci hac fugerent, & Trojana juvenis persequeretur eos: hac Trojani fugerent, & Achilles crista insignis immineret e curru. Non longe hinc agnoscit plorans inbraccata Rhesi candidis velis, quæ sibi proditiore tradita filius Tydæi prima nocte populabatur multa feræ sanguinolentus, & abduci acres equos in castra Græcorum, antequam carpsissent pabula Trojæ, & potassent aquam Xanthi. Parte alia Troilus, miser adolescens, & quamquam in-

Fer-

stabi-

N O T Æ.

tatur, servorem, Agamemnone scilicet ac Menelao.

466. Lacrymæ rerum.) Propter res adversas, calamitates. Sic Æn. 2. 784. Lacrymas dilectæ pelle Creusæ, id est, Lacrymas propter dilectam Creusam, & dolorem de ea conceptum mitiga.

470. Pergama.) Pergamus, arx fuit Trojana, in editissimo urbis loco sita: undelata omnia ædificia deinde Pergama appellata sunt. Caye ne arcem illam consulas cum urbe Pergamo, quæ in cadem Phrygia minore postea condita est ad Caicum fluvium, fuitque Attalicoorum regum sedes, & Galeni patria, & celeberrimi chartæ Pergamæ Ital. Carta Pergamæna.

472. Hac Phryges, inflaret, &c.) Phryges; Trojani, qui Phrygiæ minoris partem incolabant; supra v. 385. E curru pugnabant sepe veteres, quo miles & auriga ferebantur. De cristis, Æn. 3. 468.

473. Rhesi.) Rhesus Thraciæ rex, Maris, vel Strymonis filius; cum Trojans veniret in auxilium, adduceretque secum equos, quorum erat fatum, ut si semel Xanthi aquam bibissent, Troia foret invicta: alii ex infidiis.

479. Impar congressus Achilli. Vel impar Achilli: vel, ut mavult Servius, congressus Achilli: id est, cum Achille; ut Catullus dixit Iatros Diomedem & Ulyssæm incederat, a

Diomedem interfectus est, & equi fatales abducti Iliad. 10. 453. Equi porro illi ferocitate præcellabant; ab equis Diomedis Thraciæ regis oriundi, humana carne vesci solitis, quibus ideo dominum ipsum devorant: unde Hercules tradidit.

474. Primo somno.) Somnus pro nocte, ut Georg. 1. 208. Silva die somnificæ pares ubi cecit boras.

475. Tydides.) Diomedes Tydei filius, Æn. 11. 243.

477. Xanthum.) Diis ita dictum, hominibus vero Scamandrum, inquit Homerus: sua nomen illud isto antiquius: fluvium Trojæ, ex Ida monte profluentem, unde se in Hellepontum exonerat.

478. Troilus.) De eius ætate variæ sunt sententiæ. Virgilius hunc puerum, Horatius impuberem facit: alii, ut Hyginus & Tzetzes, jam grandiorum, & unum e maximis Priami natis. Variæ quoque de ejus morte opinionēs: Theocritus & Lycophron, cum voluit, ob spretum Achillis amorem, in templo Apollinis ab Achille fuisse occisum: alii, in ipso certamine: alii per vim: alii ex infidiis.

479. Impar congressus Achilli. Vel impar Achilli: vel, ut mavult Servius, congressus Achilli: id est, cum Achille; ut Catullus dixit Iatros Diomedem & Ulyssæm incederat, a 482. Ver-

- 480 Fertur equis, curruque hæret resupinus inani,
Lora tenens tamen: huic cervixque comæque trahuntur.
Per terram, & versa pulvis inscribitur hasta.
Interea ad templum non æquæ Palladis ibant.
Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant.
485 Suppliciter tristes, & tunsa pectora palmis.
Diva solo fixos oculos averfa tenebat.
Ter circum Iliacos raptaverat Hæctora muros,
Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.
Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo,
490 Ut spolia, ut currus, utque ipsum corpus amici,
Tendentemque manus Priamum confepit inermes.
Se quoque principibus permixtum agnovit Achivis,
Eoalque acies, & nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
495 Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet,
Aurea subnectens exfertæ cingula mamæ
Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.
Hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur,
Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno;
500 Regina ad templum forma pulcherrima Dido

In-
trabitur ab equis, & pendet resupinus e curru vacuo, retinens tamen habenas: huic cervix
& capilli rapiantur per humum, & pulvis sulcatur hasta inversa. Interea ad templum Palladis
non ipsis amicæ, ibant Trojanæ sparsis capillis, & portabant ei pallam, veste more sup-
plicantium, & percontantes pectus palmis. Dea insensa tenebat oculos defixos in terram. Achil-
les traxerat Hæctorem ter circa muros Trojano, & vendebat auro cadaver exanimum. Tunc
autem Æneas emittit ex intimo pectore magnum gemitum, ut vidit spolia, & currum, &
ipsum cadaver amici, & Priamum tendentem manus exarmatas. Animadvertit etiam se mix-
tum principibus Græcis, & exercitus orientales, & arma nigri Memnonis. Penthesilea furens
duci turmas Amazonum instructas scutis lunatis, & ardet inter media millia, nectens cingula
aureum sub nudato ubere, utpote bellatrix, & audet puella certare cum viris. Dum ista
mirabilia conspiciuntur ab Ænea Trojano, dum stupet, & stat defixus in hoc solo aspectu; Re-
gina Dido specie clarissima venit in templum,

482. Versa pulvis inscribitur hasta. Non ha-
sta Troili, quæ adhuc maneret ineret; nam
amissa armis, id est diatris, ferebatur: & sola
lora manu implicata retinebat. Igitur hasta
Achillis, que per Troili pectus adacta, & cum
eo resupinus inversa, ferro pulverem sulcabat.
483. Non æquæ Palladis. Insestæ, propter
iudicium Paradis, de quo v. 31. De Pallade
v. 43. Ibant autem ad templum Trojanæ mu-
lieres, duce Hecuba, Helenæ & Hæctoris ad-
monitu, cum gravem a Diomedæ accepissent
eladem, ut Deam Diomedæ faventem, & pep-
lodon, & Iacintis placarent. Iliad. 6. 102.
484. Crinibus Iliades, &c. Alludit ad mo-
rem Romanarum mulierum, quæ in luctu, a-
perio capite, & solutis passivæ crinibus in-
cedebant; forsalcetiam Trojanæ ac barbæ; que
contra Græcæ tonderent comas: quod
docet Plutarchus in Romanis quæst. Peplum.
Oferrebar Deabus, non in luctu tantum, sed
etiam solemnibus quibusdam diebus, muneris
locum: Palladi præsertim; Junoni ex Paulia-
nia l. 2. & Statio Theb. 10. 56. imo & Veneri
ex Claudiano de nuptiis Honor. v. 123. Eo in-
ducebantur simulacra; sic enim Stac. Theb. 10.
65. Hæc tunc Argolicæ sanctum velaminis matres

N O T A

T A

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

- Incessit, magna juvenum stipante cætera.
Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille secuta.
Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetram
505 Fert humero, gradiensque Deas supereminet omnes:
Latona tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido, talem fe læta ferebat
Per medios, inflans operi regni que futuris.
Tum foribus Divæ, media testudine templi,
510 Tept armis, folioque alte subnixæ refedit.
Jura dabat legesque viris, operumque laborem
Partibus æquabat justis, aut forte trahebat:
Cum subito Æneas concursu accedere magno
Anthea, Sergestumque videt, fortemque Cloanthum,
515 Teucrorumque alios: ater quo æquore turbo
Dispulerat, penitusque alias avexerat oras.
Obstupuit simul ipse, simul percussus Achates
Læritique metuque; avidi conjungere dextras
Ardebant: sed res animos incognita turbat.
520 Dissimulant, & nube cava speculantur amici,
Quæ fortuna viris, classem quo litore linquat,

Quid

magna juvenum turba ambiente. Talis in ripis Eurotæ, vel per cæmina Cynthi, Diana miscebat
choros; quam sequente mille Oreades hinc atque inde congregantur: Diana gestat humero pha-
retram, & incedens exstat supra cæteras Nymphas. Lætitia tacite moliet animum Latona. Ta-
lis erat Dido, talem se avollebat læta inter medios, utgens opus, & regna futura. Deinde
dubitabat aut foris Janoni, sub medio fornice templi, cincta militibus, & alte suffulta solo. Distri-
buit jus & leges civibus, & droidabat in æquas partes laborem operum, aut ducebat forte
cum repente Æneas videt accedere cum ingenti multitudine Antheum, & Sergestum, & gene-
rosam Cloanthum, & alios Trojanorum, quos nigra tempestas mari disjecerat. & abstruserat ad
litora omnino diversa. Obstupuit continuo ipse, & continuo Achates quoque commotus est gaudi-
o & timore; cupiebant acide locare dextras cum his: sed successus incertus turbat mentes.
Dissimulant adhuc, & obrecti cæca nebula considerant, quæ sociorum fors, quo in litore reli-
querit naves.

N O T A

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

sibi mammam alteram inurebant, ne facien-
dis sagittis esset impedimento: alteram bal-
theo lubrificant. Nomen inde ab a pri-
vativo, & uerbo mamma. De his fufc. En. 11.
659. &c. Harum regina Penthesilea Trojanis
post mortem Hæctoris opem tulit, & juxta ali-
quos, ab Achille; juxta alios, a Neoptolemo
Achillis filio interfecta est. Pelus. Scutis bre-
vissimis, & in forum medicæ Lunæ.
502. Qualis in Eurotæ, &c. Explicite hæc
Didonis cum Diana comparationem Valerius
Probus apud Gellium l. 9. c. 9. vultque nihil
tam improptere a Virgilio conversum esse ex
Hæmon, apud quem illa reperitur Odyss. 6. 102.
Defendit eam Scaliger Poetic. l. 5. c. 3. atque
Virgilianam esse a magistro, Homerica a di-
scipulo. Eo in Valerii sententiam paulo sum
propensior; vel ideo, quod ex his circumstantiis,
quas sane multas congerit, nulla est ad rem;
quæ tantam multitudinem Oreadem, quæ Dianam comi-
tantur, cætere omittit a Didone diverse sunt.
Eurotæ, Fluvius in Laconia, Spartam abluens
concyam & fornicatum erat in totum te-
que regio venati celebris est. Cynthi. Montis
in Insula Delo, ubi Diana & Apollo nati sunt.
503. Choros. Multitudo saltantium & can-
ticentium est proprie choros.

523. Oran-